8 ho

motarum illo tempore tenuta eiusmodi illos quoties opus fuerit tenen defendere evincere et solus per se et submissas personas non vexinari sub Vadio similiter aliorum Decem florenorum polonicalium Et coram officio praesenti perempta versione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores penitus abiiciendo et abrenunciando.

Zdrodij Quietatio.

Coram officio et Actis Castren Capitan Bransceń personaliter Comparentes Nobiles Joannes et Jacobus olim Joannis Kocimier Krasowski de krasowo Wielkie haeredes Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt. Quia sibi Nobilis Petrus olim Stanislai Zdrodowski Summam Septem sexagenarum Polonicalium debiti Actis hisce inscripti persoluit adeo ipsum quietant et inscriptionem cassant perpetuis temporibus.

Roszki Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceń personaliter Comparens Nobilis Anna filia olim Joannis Plonski, relicta primi olim Nobilis Floriani Roszkowski ad praesens secundi matrimonij Consors Nobilis Philippi Roszkowski de Zapy haeres Cum eiusdem mariti sui assistentia et consensu praesentaneo Sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Joannis Roszkowski de Roszki Sączki haeredi nepoti suo et ipsius posteris de Omni et integro iure suo seu inscriptione reformationis sibi recognoscenti per olim supradictum Nobilem Florianum Roszkowski priorem maritum suum super Summam Triginta sexagenarum dotis et decem sexagenarum Polonicalium adtotis coram hisce actis inscripta. Cum Omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae cedit Omne et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius transfert et transfundit. Personali recognitione mediante.

Szczepietowo Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceń personaliter comparens Nobilis Florianus olim Christophori Szczepietowski de Wawrzyńce Szczepietowo haeres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Gregorio olim Mathiae Szczepietowski de Podlesne Szczepietowo haeredi et ipsius Successoribus bonorum in hereditate Szczepietowo Wawrzyńce sitis quatuor

decem